

- c. 15. S. II. n. 45., *Barbosa ad d. c. 1. Trid. num. 19.*, quapropter non servabit formam Concilii Parochus, si aut faciat denuntiationes festis sibi immediatè succedentibus, ut sunt festa Paschalia, aut Natalitia, vel si ita unam post alterum differat, ut plures dies festi interfluant; si ergo in iis denuntiationibus faciendis negligat Parochus, quod mortaliter peccet, dixerunt *Gutierrez de juramento confirmatorio p. 1. c. 51. nu. 29.*, & *de matrim. c. 56. num. 4. c. 57. num. 1.*, *Ricc. d. resol. 224. nu. 2.*, *Reginald. lib. 31. n. 123.*, *Sanchez de Matrim. lib. 3. d. 5. nu. 6.*, *Pontius de matrim. lib. 5. c. 30. num. 3.*, *Bonac. de Matrim. q. 2. p. 6. num. 8. 9.*, & in pœnam sit ad triennium suspendendus, c. cum inibitio §. sane de clandestinis desponsat., *Gutierrez alleg. can. lib. 1. c. 19. num. 3.*, ex ejus pœnæ gravitate colligitur delicti gravitas, ut latè ostendit, *Barbosa de off. Parochi p. 2. c. 21. num. 26. 27. 28.*
- 17 Quàm ampliacionem limita cum *Barbosa supra*, quod Parochus non peccabit negligentia, si denuntiationes omittat ex justa, & necessaria causa, ut si vir, aut mulier sit morti proximus, nec sit tempus recursus ad Episcopum pro impetranda dispensatione, & ad restitutionem honoris defloratæ, vel ad legitimationem filiorum, vel ad satisfactionem conscientia, propter promissionem factam, poterit Parochus omiffis denuntiationibus matrimonii celebrationi assistere, *Gutierrez de matrim. c. 56. n. 3. c. 57. num. 6.*, *Sanchez de Matrim. lib. 3. d. 5. num. 6.*, *Pont. de matrim. lib. 5. c. 36. n. 3.*, *Barbosa de potest. Episcopi alleg. 32. nu. 2.*
- 18 Amplia quartò, ut etiam Parochus mortaliter peccet, si negligat administrare extremam unctionem infirmo, in casu quo non potuit alia Sacramenta administrare, aut quando infirmus patitur vomitum, aut repente morbo oppressus non potuit exhibere signa pœnitentiæ, si alioquin Christianæ pietatis sequebatur vestigia, ei debet administrare Sacramentum extremæ unctionis, tamquam medium necessarium ad salutem; unde si negligat, deficit in necessariis, & peccat mortaliter, *Filiuc. tract. 3. c. 5. num. 96.*, *Suarez de Sacram. extremæ unct. disp. 44. sect. 2. num. 1.*, *Navara summa c. 25. num. 131.*, *Farinac. frag. crim. V. Clericus num. 437.*, & 438.
- 19 Amplia sextò, ut negligens prædicare die-

bus Dominicis, & solemnioribus festis juxta præscriptum *Trid. sess. 5. c. 2.* annunciando vitia, quæ populus declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, ut pœnam æternam evadere, & cœlestem gloriam cōsequi valeant, debeat per censuras Ecclesiasticas ab Episcopo cogi, etiam si Parochus alioquin sit exemptus, ex qua pœna gravitas culpæ arguitur; immò si negligentia ingravescat ex eodem Concilio, munus Episcopi erit alterum idoneum ad prædicandum mittere, soluta competenti mercede, ex ipsorum Beneficiorum fructibus, quod, & repetit *sess. 22. c. 8.*, & *sess. 24. c. 4.*, & *c. 7. de reform.*, de qua negligentia notavit *Suarez. de relig. tom. 1. lib. 2. de diebus festis c. 16. num. 7.*, *Possevin. de off. Curati c. 4.*, *Ricc. decis. Archiep. curiæ Neapolit. p. 1. decis. 22. num. 2. in fin.*, in qua decis. refert fuisse suspensum quemdam Parochum per sex menses ab officio suæ Curæ, eo quod negligebat populum prædicatione sua erudire *Barbosa de potestate Episcopi Alleg. 76. num. 37.*, & *ad Trid. sess. 24. c. 4. num. 24.*, tenetur enim, qui curam gerit animarum, doctrinis ædificare, c. in decima actione 18. q. 2., est enim Pater spiritualis, c. omnes 30. q. 1., unde tenetur filios spirituali alimento nutrire, & educare, & mortaliter peccat, quoties negligat populo denuntiare vigilias, & dies festos de præcepto servandos, & universaliter, ea omnia, quæ populus scire tenetur. *Trid. sess. 23. de reform. in decreto de deletu ciborum jejunii &c.*, *Barbosa de off. Parochi lib. 1. c. 16. num. 1.*, & *seqq.*, quod potissimum urget in Villis, ita ut si propter Parochi negligentiam in his denunciandis, quis non observaverit vigilias, aut dies festos peccatum imputetur Parocho; Negligentia enim Parochi in increpando populum de delictis, quæ novit committere, ipsius delictum, & reatus est non levis, notavit *Abbas in c. quæ num. 1. de off. Archid.*, & esse peccatum mortale, tradit *Felin. in c. 1. num. 6. de off. de leg. & in c. 1. num. 2. de treg.*, & *pax.*, *Alex. conf. 75. num. 2. vol. 3.*, & *Jo. Sanctius observat in suis selectis disp. 6. num. 9.*, quod qui per correctionem non obviat subditorum delictis, non solum peccat contra misericordiam, sed etiam contra justitiam, ac propterea Parochus tenetur in confessione hanc circumstantiam aperire scilicet se esse

- esse Parochum, & neglexisse prædicare, nisi confessarius illum esse Parochum noverit.
- 21 Limita primò, si semel, aut bis in anno omittat, quia ex levitate materia non peccabit lethaliter.
- 22 Limita secundò, tempore Quadragesimæ, si alium ad prædicandum Episcopus mittat, ut consuetudine pluribus in locis inductum est, vel ipse Parochus invitet Prædicatorem, & ducat, quia tunc fructuosius forsitan per alium Prædicatorem suppletur.
- 23 Amplia septimò, ut Parochus non Sacerdos incurrit negligentia notam, si infra annum à die captæ pacificæ possessionis, non faciat se promovere ad sacrum Præbiteratus ordinem, in pœnam cujus negligentia elapso anno est Parochiali ipso jure privatus, c. licet Canon. c. commissæ de elect. in 6., *Barbosa de potest. Episc. alleg. 57. num. 207.*, *Bellet. disquis. Cleric. p. 2. de pœnis Clericorum §. 34. num. 33.*
- 24 Limita nisi fuerit legitime impeditus; tū quia impedito non currit tempus. Tum quia non est negligens, quia non potest implere, quod debet, ut probavi *p. 1. hujus tractatus c. 1.*, & 2., quia ad incurrendam negligentiam requiritur, & scientia, & potentia.
- 25 Amplia octavò, ut Parochus negligens residere in suo Beneficio Parochiali graviter peccet, quia de jure divino tenetur residere, *Trid. sess. 23. c. 1. de reform.*, *Possevin. de off. Curati c. 1. num. 1.*, *Barbosa de off. Parochi p. 1. c. 8. num. 1.*, *Azor. inst. moral. p. 2. lib. 7. c. 4. q. 1.*
- 26 Limita tamen hanc ampliacionem, nisi ex justa, & rationabili causa obtineat à Papa dispensationem à tali residentia, quæ dispensationem posse cōcedere Pontificem, docent *Azor. p. 2. d. lib. 7. c. 4. q. 1. ad finem.*, & *c. 5. q. 6.*, *Barbosa d. c. 8. num. 2.*, & plurimis allegatis *ad Trid. d. c. 1. sess. 23. num. 2.*, & *seqq.*, ubi enumerat plures causas, quæ possent justificare absentiam Parochi, ut in non residendo negligens non sit.
- 27 Limita secundo, ut possit abesse per duos menses, etiam cum licentia Episcopi in scriptis danda, & tunc non delinquet negligentia, ut habetur ex dicto *c. 1. sess. 23. Tridentini.*
- 28 In pœnam autem hujus negligentia *Trid. d. c. 1.*, imposuit pœnam ammissionis fructuum Beneficii, ad ratam temporis, quo Parochus non resedit, etiam in conscientia, ante ullam sententiam per verba Concilii, ibi (*alia etiam declaratione non sequuta*) *Azor. d. lib. 7. p. 2. c. 6. q. 2.*, *Barbosa ad d. c. 1. Trid. sess. 23. num. 17.*, & 18., ubi plures ibi per eum allegati, ubi *num. 21.*, ex verbis ejusdem Concilii, quod tenetur Parochus infumere eos fructus in fabrica Ecclesiæ, vel pauperibus distribuere.
- 29 Limita in fructibus merè industrialibus, quos labore suo tantum, & industria Parochus acquisivit, ut prædicando, Sacramenta administrando, & familia agendo, quia hos non tenetur restituere, *Barbosa de off. Parochi p. 1. c. 8. num. 70.*
- 30 Alteram pœnam imposuit *Pius IV. Papa in sua constit. 91. incipit (In suprema)* nempe, quod beneficiatus, qui tenetur ad residendum, si moriatur extra residentiam, ob hanc negligentiam cadat in pœnam spoliatorum, etiam si, aut ipse, aut cum universo Clero sit compositus cum Camera Apostolica super spoliis, *Fran. Leo Theaur. for. Eccl. p. 3. c. 3. num. 50.*
- 31 Limita hanc pœnam, non habere locum, si sit absens ex justa causa, cum licentia Episcopi in scriptis, *Sacra Congregatio relata per Barbosam collectanea decis. 678. num. 8.*, *Ugolin. de potestate Episcopi c. 15. §. 4. n. 3.*, & *§. 5. num. 2.*, ea ratione, quia tunc non est negligens, quod illa absentia non sit culpabilis, dum fiat concilio permittente, & licet subcollectores Camere huic assertioni dissentiant, dicentes proximè esse in contrarium, existimo veram tamen, & in judicio favorabilem sententiam reportandam, quia bulla requirit residentiam ad formam Concilii Tridentini, quod concedit per duos menses abesse ex justa causa, vel licentia Episcopi in scriptis danda, & hodie attenda concordia facta à Clero Ferrariensi de Anno 1605., sublata est omnis dubitandi ratio.
- 32 Amplia nonò, ut Parochus dicatur negligens in munere suo, si licet resideat, tamen totam curam, aut majorem partem relinquat Capellano, seu Vicario, etiam valdè idoneo; potest enim habere Capellanum, seu Vicarium coadiutorem, sed debet illum habere uti socium laboris, *Caiet.*

- Caiet. 22. q. 185. art. 5. num. 10., Barbof. de off. Parochi p. 1. c. 8. nu. 41., qua propter licet possit Capellano committere aliqua munera magis incomoda, tamen, & ipse Parochus specialiter vocatus, debet adire, confessiones audire, Sacramenta administrare, oves pascere; quod non dubitatum, hæc, & alia plura alacri animo, & toto spiritu exequuturum, si se non dominum, (ut male aliqui dicitant) sed Pastorem, & Patrem consideret, ac sepe recolat, se debere ostendere fidelem servum, & prudentem, quem constituit Dominus super familiam suam.*
- 33 Consideret ergo Parochus, quod ejus presentia in sua Ecclesia nihil prodest, quoties est ministerio destituta, *Sot. de Just. & Jur. lib. 10. q. 3. art. 1., Graff. tom. 1. consiliorum lib. 3. tit. de Clerico non residente conf. 1. num. 7., nam idem est inutiliter esse, ac nullo modo esse, l. non putavit §. non que vis ff. de honor. poss. contra tabul.; unde magna notabitur negligentia; quæ autem mortalis, aut venialis erit, juxta qualitatem, & quantitatem negligentiam, cogitet, quod paria sunt nullum esse, ac esse sine effectu, *Surd. decis. 51. nu. 21., & 22., & ex allegatis per Barbof. tract. de axiom. Jur. axiom. 164. num. 2.**
- 34 Profunt ad hæc, confirmanda apparitiones animarum Parochorum in Purgatorio longiori tempore detentorum, eo quia neglexerint per se, suis ovibus ministrare, que leguntur in libro, cui titulus (*Lume à vividall' esempio de morti*), maxime num. 225. cum subsequenti explicationibus, & observationibus.
- 35 Amplia decimo, ut Parochus negligens reparare domum Parochi, & cæteras beneficii stationes, etiam rurales, & Ecclesiam, graviter peccat, ad hoc enim tenetur c. l., & c. de his, de Ecclesiis edific., quorum dispositionem innovavit *Concil. Trid. sess. 21. c. 7.,* quia ex fructibus Beneficii, tenetur eas fabricas reparare, *Barbof. in c. 1., & c. de his num. 5. de Ecclesiis edific.,* ubi plures allegantur de hoc artic. scribentes.
- 36 Limita tamen primo, quod intelligatur deductis necessariis fructibus ad sustentationem, ne alias cogatur beneficio servire sine alimentis, *Gutierrez. alleg. civil. 10. nu. 7. ad fin., Salgado de protect. regia tom. 1. p. 3. c. 5. num. 16., Bellet. disq. cleric. tit. de Clerico debitore §. 14. num. 7., & seqq., Sperrell. decis. 67. num. 4. 5., & est bonus tex. in c. de his de Eccles. edific.*
- 37 Limita secundo, ubi est consuetudo, quod Populus faceret hujusmodi reparationes *Hofsiens. in c. 1. num. 1., Abbas num. 3. de Eccles. edificandis,* ubi allegatur *Rota coram Orano in una Caietanen. 15. Decembris 1589.*
- 38 Limita tertio, ubi Ecclesia habet proprios redditus destinatos pro Fabrica, quia ex illis reparationes sunt faciendæ, *Barbat. conf. 26. num. 4., vol. 3., Bellet. d. tit. de Clerico debitore §. 13. num. 11., Barbof. d. c. 1. num. 4., & de off. Parochi p. 1. c. 13. n. 2.*
- 39 Limita quarto, si in reparatione plus esset expendendum, quam ipsa Domus, aut fabrica valerent, ad allegata per *Graff. lib. 1. consil. tom. 2. sub tit. de transact. conf. 1. n. 23.*
- 40 Amplia undecimo, quod teneatur pro quarta parte fructuum, tam præteritorum, quam futurorum, & si fuerit dives etiam ultra quartam partem tenetur, *c. decrevimus 10. q. 1. c. quatuor 12. q. 2., Rota decis. 627. num. 1. p. 1. recent., Surd. Conf. 62. nu. 23., Abbas, & Berol. lociscitatis à Barbofa in c. 1. num. 5. de Eccl. edific., & quia in hac materia contingit scribere in causa Comaclen. reparationis, placuit per extensum apponere, quæ fuerunt hinc inde allegata; tamquam communia Parocho, & Episcopo*

## V O T U M.

## Comaclen. Reparationis.

**P**ro necessaria habitatione Episcopi Comaclen. ex quo Officiales Communitatis illius Civitatis Sede Episcopali vacante destruxerant aliquas mansiones, ad Palatium Episcopi spectantes, communitate empta quadam Domus eidem Palatio contigua, Episcopo consignata fuit in compensationem, & subrogationem destructarum.

Post aliquot Annos hæc Domus notabili indiguit reparatione, & cepit disputari ad quem reparare spectasset, an scilicet ad Communitatem, seu Populum Comaclensem, an vero ad ipsum Episcopum.

Ad Communitatem, seu Populum non spectare reparandi onus scripserunt viri docti, quia

- eti, quia certi Juris regula est, reparatio nem Ecclesie, & domus, quæ est Ecclesie accessorium, ex fructibus beneficii faciendam esse *cap. 1., & cap. de his de Ecclesiis edificandis, Concil. Trid. sess. 21. cap. 7., Panimol. V. decis. 6. Adnot. 8. num. 3., & decis. 15. adnot. 1. nu. 12., De Luca discursu 17. num. 8. ad annotat. ad Sacrum Concil. Trid., Sperrell. decis. 67. num. 58., Barbofa de potestate Episcopi alleg. 64. num. 5., Bellet. Disq. Cleric. tit. Clerico debitore §. 13. num. 12., iterum de Luca in Miscellanea; discursu 21. num. 1., & 2., Rota decis. 23. num. 11., & 12. p. 18. recent., & plures allegati à Barbofa in præcitatis c. 1., & cap. de his de Eccles. edific.*
- 42 Tum quia Beneficiatus in Vita, æquiparatur Usufructuario *c. Presentem de officio ordin., c. fin. de pecul. Cleric., Bellet. de Clerico debitore §. 14. num. 2., & seqq.,* certum autem est, quod Usufructuarius tenetur reparare facta teeta *l. de Usufructu legato §. hætenus ff. de Usufr.,* ad allegata per *Dianam Coordinatum tom. 6. tract. 2. resol. 39.,* qui remittit ad *Petrum Pechium lib. de sacris Eccl. reparandis.* ubi per plura capita materiam eruditè pertractat.
- 43 Tum quia Episcopus est veluti sponsus, Ecclesie suæ, Matrimonio spirituali junctus; idè debet ex fructibus dotabilibus onera Matrimonii sustinere, & sic reparare eundem, quæ est fundus dotalis ad *tex. secundum naturam ff. de reg. Jur.*
- 44 Domus autem Parochialis, vel Episcopalis, venit accessorie ad Ecclesiam, ac propterea onus reficiendi Ecclesiam se extendit ad domum, *Sacra Congregatio relata à Barbofa tract. de Parochis c. 13. num. 12. p. 1., Lambertin. de Jurepatr. lib. 1. q. 7. artic. 3., Bellet. disq. Cleric. p. 1. tit. de Clerico debitore §. 14. num. 9., Thomat. decis. 5. num. 6.*
- 45 Quæ aded vera sunt, ut nequeat Episcopus applicare penas pecuniarias à delinquentibus solutas, huic oneri, *Sacra Congreg. apud Ricciium p. 4. resol. 128., Gavant. Manual. V. Pœne, Capon. controvers. 72. n. 23., Cboel. ad Bullam boni regim. cap. 41. num. 41.*
- 46 Et ubi pensionarii participant de fructibus beneficii tenentur ad ratam concurrere, ad reparationes præfatas, *Barbofa alleg. 64. num. 18., Panimol. decis. 6. adnotat. 8. num. 53., & decis. 15. adnot. 1. à num. 6., & seqq., Burat. decis. 468. nu. 15., Tondut. de penson. cap. 6. n. 15., & cap. 14. n. 23.*
- 47 Hinc fit, quod Populus, & Parochiani, solum tenentur ad hujusmodi fabricas, in subsidium, quando scilicet deficient redditus destinati pro fabrica, & redditus beneficiales tam Episcopi, quam Canonorum, & cæterorum Beneficiatorum Cathedralis Ecclesie, *Bellet. d. §. 14. nu. 12. & seqq., Sperrell. decis. 68. num. 20., Coccin. decis. 829.*
- 48 Nec potest in contrarium facere, quod Episcopus Comaclen. habeat solum congruam à Concilio taxatam; tum quia taxa Conciliaris solum excludit Pensiones, quod scilicet nequeat Beneficium gravari pensione, nisi ultra congruam taxatam fructus beneficii excedant: At non excludit Onus reparandæ Ecclesie, & domus, quæ in ipsius Beneficiati commodum inservit, *Beltramin. ad Ludovis. decis. 245. num. 12.*
- 49 Quapropter Congrua Conciliaris instituta est pro victu necessario Episcopi, non ad luxum, neque ad augendos Coniunctos, *Barbofa dicta alleg. 64. nu. 45., Sperrell. d. decis. 67. num. 34., & 58., & seqq., Tondut. q. 9. Beneficial. cap. 38. nu. 17. p. 1., Panimol. decis. 8. adnotat. 8. num. 7.,* unde subductis necessariis alimentis, cætera in fabricam tenentur infumere quantum necessitas exigat, *Paul. Comitot. respons. moral. lib. 1. q. 28., Fuscus de Visis. lib. 1. cap. 10. num. 5.*
- 50 Et liceat considerare Episcopos primitivæ Ecclesie, quibus ultra alimenta sibi, ex Charitate oblata, aliud non supererat, nisi onus prædicandi, orandi, Ecclesiastica Sacramenta administrandi, neque sericis, aut aulicis utebantur, neque argenteos Scyphos, & Urceolos adhibebant, quæ ad luxum, ex abusu oblationum postmodum adinventæ sunt, idè que tunc omnes ferè Episcopi Sanctitate, & Virtutibus florebant, non sic hodie.
- 51 In dubio autem utrum Congrua tanta sit, ut deductis alimentis Episcopi, aliqui redditus supersint pro fabrica, remittitur arbitrio prudentis, *Rota in Murana Congrua decis. 347. num. 2., & 3. p. 13., & in Valisoleana congrua p. 19. decis. 10. num. 4., & seqq., decis. 512. num. 5.*